BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Seite 114r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

propinquante autem iam prelio stabit sa
cerdos ante aciem et sic loquetur
ad populum. Audi israhel. Vos hodie con
tra inimicos uestros pugnam committ
itis non pertimescat cor uestrum. no
lite metuere nolite cedere. nec for
midetis eos quia dominus deus
uester in medio uestri est et pro uobis
contra aduersarios dimicabit ut e
ruat uos de periculo. Duces quo
que per singulas turmas audiente ex
ercitu proclamabunt. Quis est homo
qui edificauit domum nouam et non
dedicauit eam. Vadat et reuertatur
in domum suam. ne forte moriatur
in bello et alius dedicet illam. Quis
est homo qui plantauit vineam
et necdum fecit eam esse communem
et de qua uesci omnibus liceat. Va
dat et reuertatur in domum suam
ne forte moriatur in bello et alius
homo eius fungatur officio. Quis
est homo qui desponsauit uxorem
et non accepit eam. Vadat et reuerta
tur in domum suam ne forte mo
riatur in bello. et alius homo acci
piet eam. His dictis addent alia
qua et loquentur ad populum. Quis est
homo formidolosus et corde pauen
do uadat et reuertatur in domum suam
ne pauere faciat corda fratrum
suorum sicut ipse timore perterritus est.
Cumque siluerint duces exercitus
et finem loquendi fecerint. vnus
quisque suos ad bellandum cuneos
preparabit. Si quando accesseris ad ex
pugnandam ciuitatem offeres ei
primum pacem. si receperit et aperu
erit tibi portas cunctus populus qui
in ea est saluabitur et seruient

tibi sub tributo. Si autem fedus in
ire noluerint et acceperint contra te
bellum obpugnabis eam. Cumque
tradiderit dominus deus tuus illam
in manu tua percuties omne quod
in ea masculini est generis in ore gla
dii absque mulieribus et infantibus
iumentis et ceteris que in ciuitate sunt.
Omnem predam exercitui diuides
et comedes de spoliis hostium tuorum
que dominus deus tuus dedit tibi
Sic facies cunctis ~~diebus~~ ciuitatibus
que a te ualde procul sunt et non sunt
de urbibus hiis quas in possessionem
accepturus es. De hiis autem ciui
tatibus que dabuntur tibi nullum
omnino dimittes uiuere. sed inter
ficies in ore gladii. ethceum uidelicet
et amorreum. et chananeum. phe
rezeum. et eueum. et iebuzeum. sicut
precepit tibi dominus deus tuus
ne forte doceant uos facere cunctas
abhominationes quas ipsi operati sunt
diis suis et peccetis in dominum deum
uestrum. Quando obsederis ciui
tatem multo tempore et munitionibus
circumdederis eam ut expugnes eam
non succides arbores de quibus uesci
potest. nec securibus per circuitum debes
uastare regionem quoniam lignum
est et non homo. nec potest bellantium
contra te augere numerum. Si
qua autem ligna non sunt pomifera
sed agrestia et in ceteros apta usus
succide et extrue machinas donec
capias ciuitatem que contra te
dimicat. Quando inuentum fue
rit cadauer hominis occisi in terra
quam dominus deus tuus daturus
est tibi et ignorabitur cedis reus